



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Magnificat homo Deu[m], siue laudat tripliciter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

Magnificat homo Deum, sine laudat tripliciter.

Luc. 1.

Glossa.

Bernar.

Augus.

Isa. 29.

Psal. 33.

Psal. 68.

Ecc. 43.

Corde, sic Beata Virgo laudat dominum inquiens. Magnificat anima mea dominum. Vnde Glossa dicit. Quia tanto munerem me Dominus sublimauit, ut nullus lingue officio explicare possim, sed totum animi interioris affectum in agendis gratiarum laudes offeremus, quod uiuo, quod sentio, quod discerno. Magnificare ergo debemus corde, quia sicut dicit D. Bernardus. Parum prodeit sola uoce cantare sine cordis intentione. Et P. Augustinus. Si ore clamas, & corde fraudem cogitas, si luistis à laude Dei, & quod grauius est in blasphemiam perexili. Item, Ne nobis dicat illud Isaix. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Secundo debemus Deum magnificare ore. Et hoc dupliciter, primo. Finis magnitudinem nuntiando. Psal. Magnificate dominum mecum; ipsum laudans. Psal. Magnificabo eum in laude Ecclesiasticus. Benedicentes dominum exultate illum, quam tamen potestis, maior est enim laude, quis magnifi-

cauit eum sicut est ab initio ; gratias referendo. Ecclesiasticus. Danti mihi Eccl. ult.
sapientiam dabo gloriam. Et demum opere debemus deum laudare . Vnde Matt. Sic luceat lux uestra coram hominibus , ut uideant bona opera uestra,&c. Et P. Augustinus. Non solum igitur vox tua sonet laudes Dei , sed & opera concordent cum uoce . cum enim laudatur Deus de bono opere tuo , tunc laudas dominum.

Nobilitas duplex.

Prima est carnis ; de qua non est superbiendum propter tria. Primo , quia ut uidemus frequenter, nobilitas carnis aufert nobilitatem mentis , quod indignum est. Unde quidam. Multo indignius est mente seruire quam corpore . Hi nanque non sunt dicendi nobiles , sed ignobiles; non sunt dicendi domini , sed servi. De ignobilitate legitur in libro Reg. 2. Dixit dominus ad Heli , absit hoc , sed quicunque honorificabit me , glorificabo eum , qui autem contemnunt me , erunt ignobiles . de seruitute. Rom. 6. Nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum , servi estis eius , cui obedistis . siue pec-

I. Re. 2.

Rom. 6.